

*27. Instrumentum permutationis
tra la chiesa di S. Michele di
Potenza e Giacomo de Elzia,
prete e chierico della stessa*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*27. Instrumentum permutationis
tra la chiesa di S. Michele di
Potenza e Giacomo de Elzia,
prete e chierico della stessa*

1311-11-13

(c. 83r) Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo undecimo, regnante domino nostro Roberto Dei gratia gloriosissimo Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apule# et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii, Pedimontis comes <sic>, regnorum eius anno tertio feliciter amen, die duodecimo novembris, Xe ind(ictioni)sc, apud Potentiam.

1

In presentia Simonis de Iudice olim in anno proximo preterito 9e c indictionis regii civitatis Potentie iudicis, in defectu aliorum iudicum nondum in eadem terra pro predicto presenti anno Xe indictionis per regiam curiam creatorum, Bernardi de Connestabulo puplici eiusdem civitatis notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, ego presbiter Angelus de Gaudiano, archipresbiter ecclesie Sancti Michaelis de Potentia, cum consensu et voluntate // (c. 83v) omnium clericorum eiusdem ecclesie Sancti Michaelis, videlicet: presbiteri Iohannis de Basa, presbiteri Palmerii de Officio, presbiteri Angeli Scarani, diaconi Manfredi de sire Pascali, diaconi Nicolai Russi, diaconi Nicolai Fisi, diaconi Girardi de Melfio, diaconi Laurentii de Offizzo, diaconi Iacobi Pisanelle, diaconi Madii de Patalo et diaconi Angeli de Capacia ibidem presentium, ut moris est, ad hoc specialiter congregatorum in domo maioris ecclesie Potentine, de licentia et autoritate mihi tradita et concessa in subscripta permutatione a discretis viris magistro Petro de Madio, archidiacono Potentino et presbitero Guillelmo de Guerriero, archipresbitero dicte maioris ecclesie Potentine, reverendi patris domini Io(hann)is A terciodecimo

Gulielmi venerabilis episcopi Potentini in spiritualibus et temporalibus generalibus vicariis, tam pro me ipso et meis successoribus ac nomine et pro parte dicte ecclesie dicti Sancti Michaelis et dictorum clericorum, trado et permuto dicto presbitero Iacobo de Elsa, clerico dicte ecclesie Sancti Michaelis recipienti, petiam unam terre sitam in tenimento Potentie in contrata Mandaroli, hiis finibus circumdatam: ab uno latere tenet dicta ecclesia Sancti Michaelis mediante vallone; a secundo et tertio latere tenes tu idem presbiter presbiter Iacobus de Elsia, a quarto latere tenent heredes Rogerii de Capatia et si qui alii sunt confines. Hanc autem petiam terre, prescriptis finibus circumdatam per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis tibi dicto presbitero Iacobo de licentia et autoritate qua supra, presentibus et consentientibus et ratum habentibus dictis clericis nomine et pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis trado et permuto ut // (c. 85r) dictum est; pro qua petia terre nomine et pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis et clericorum ipsorum recepi a te dico presbitero Iacobo ortum unum situm in eodem tenimento Potentie, in contrada Sancti Iacobi, hiis finibus circumdatum: ab uno latere tenet Iohanne Turturella mediante sulco, a secundo et tertio latere superius et inferius sunt vie puplice et a quarto latere tenet Girardus de Iodia. Hunc autem ortum prescriptis finibus circumdatum per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis tu predictus presbiter Iacobus m(ih)i, nomine et pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis et clericorum recipienti, eodem modo in cambium tradidisti et permutavisti, cum presens permutatio dicte ecclesie Sancti Michaelis ad utilitatem cedit multiplicem et profectam; ut hoc verum

esse dicti clerici ipsius ecclesie in verbo veritatis et fidei affirmarunt et eorum testimonio <hoc> habetur. Quapropter nomine et pro parte quo supra do et trado tam tibi dicto presbitero Iacobo quam heredibus tuis, liberam et omnimodam potestatem tenendi et possidendi, vendendi, dandi, permutandi nec non et quocumque modo volueritis alienandi petiam terre predictae, insuper repromicto tibi, nomine et pro parte quo supra, et heredibus tuis <ipsum> eam defendere et guarentire contra omnes homines qui te vel heredes tuos de dicta petia terre molestare vel inquietare tentaverint more iudiciorum, et tam ego vel dicti clerici aut successores nostrum vel aliquis per nos vel per successores nostros vel propter ipsius ecclesie contra te vel contra tuos heredes de dicta petia terre aliquo tempore venerimus vel eam vobis deinceps calumniati fuerimus seu per quodlibet ingenium eam a vobis repetere vel subtrahere quesierimus aut eam vobis defendere et guarentire // (c. 84v) ab omnibus hominibus, ut supra dictum est, noluerimus more iudiciorum, debeamus conponere augustales aurei viginti nomine pene, medietatem tibi vel tuis heredibus et reliquam medietatem curie competenti [te] dicto presbitero Iacobo pro te et tuis heredibus et dicto notario puplico penam eandem legitime stipulantibus, permutantem predicta rata nichilominus perpetuo permanente. Pro quibus omnibus observandis firmiter obligamus omnia bona dicte ecclesie proinde tibi et heredibus tuis, preterea guadium tibi dedi pro terra predicta.

6

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

Et taliter ego qui supra Bernardus de Conestabulo
puplicus dicte civitatis Potentie notarius hoc
instrumentum permutationis ad rogatum et requisitionem

A Officzo qui e in seguito

A Piscitelle qui e in seguito

A choro

A Guerreiro qui e in seguito

A fratris

A Elzia qui e in seguito

A Mendaroli

A Iohannes de Turturella

A Fodra

A si

A pro parte

A permutatione

A Pantaleo

dictorum contrahentium scripsi quia predictis interfui
et meo signo signavi. (SN) Ego Simon olim in anno
proxime preterite none indictionis regius Potentie in
defectu aliorum iudicum nondum in eadem terra per
curiam creatorum ut supra Ego Petrus de Madio
archidiaconus Potentinus ac reverendi patris domini
fratris Guillelmi episcopi Potentini in spiritualibus et
temporalibus vicaarius generalis predictae permutationi
autoritate mihi commissa consensi et me subscripsi
Ego Guillelmus de Guerra archipresbiter Potentinus
ac reverendi patris domini fratris Guillelmi episcopi
Potentini in spiritualibus et temporalibus vicarius
generalis predictae permutationi autoritate mihi commissa
consensi et me subscripsi Signum manus Angeli de
Gaudiano, archipresbiteri ecclesie Sancti Michaelis qui
supra voluit, consensit et ratum habuit Signum manus
presbiteri Iohannis de Rosa qui supra voluit, consensit
et ratum habuit // (c. 85r) Signum manus presbiteri
Palmerii de Offiza qui supra voluit, consensit et ratum
habuit Signum manus diaconi Nicolai Nicolai de Fisio
qui supra voluit, consensit et ratum habuit Ego diaconus
Manfridus de sire Pascali qui supra volui, consensi
et ratum habui Signum manus diaconi Nicolai de
Altimodio qui supra voluit, consensit et ratum habuit
Ego subdiaconus Girardus qui supra volui, consensi et
ratum habui Ego [su]b[di]aconus Madius de Pantacento
qui supra volui, consensi et ratum habui Signum manus
subdiaconi Iacobi de Pixitella qui supra voluit, consensit
et ratum habuit Signum manus subdiaconi Laurentii
de Offiza qui supra voluit, consensit et ratum habuit
Signum manus subdiaconi Angeli de Capacia qui supra
voluit consensit et ratum habuit Ego presbiter Nicolaus
de Cantore Pot(entinus) interfui

8

16

17

A Pantaleone

A cantor